



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Eudocia imperatrice & filia eius Eudoxia, & de eius Hierosylymas  
prosecutione, & statua qua ab Antiochenis donata est. Cap. XX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

EVAGRII HISTORIAE

111  
quem maiores nostri præfectū aulæ vocant, constitutū co-  
pij s̄que Romanis versus occidentē eo tempore præfūl, &  
quo Chartago captā fuit à Vandalis, & Genzericus Barbo  
rum ductauit exercitum.

De Eudocia imperatrice & filia eius Eudoxia, &  
de eius Hierosolymas profectione, & statua  
qua ab Antiochenis donata est. Cap. XX,

**I**ste Theodosius impulsu Pulcheri imperatricis, sororis  
suæ, Eudociam, genere Athenensem, forma sane perho-  
nesta & liberali, postquam salutari baptismatis lauacio-  
tincta fuit, duxit in matrimonium: Ex qua filiam suscepit,  
nomine Eudoxiam. Hanc cum esset nubilis, imperator Va-  
lentinianus duxit vxorem, abduxitque Roma antiqua, &  
ad Constantinopolim deduxit. Eudocia verò pōstea ad  
sanctā Christi Dei ciuitatē profecta est: vbi habita oratio-  
ne ad populū, in extrema parte illius hoc carmē recitauit.  
*Stirpe satam vestra me, & sanguine gloriō esse.*

**Q**uo quidem significauit Colonias è Græcia eō deductas  
fuisse. Quod si quisquam istarum rerum accuratius co-  
gnoscendarum studio teneatur, sunt à Strabone Geogra-  
pho, Phlegonte, Diodoro Siculo, Attiano, & Pisandro po-  
eta, ab Vlpiano præterea, Libanio, & Iuliano, Sophistis  
omnium præstantissimis, scriptis exquisitè mandata.  
Postea autem Antiochiam profectam, Antiocheni, illam  
statua ex ære artificiose fabricata, quæ adhuc integra ser-  
uatur, honorarunt. Eius hortatu Theodosius impulsus,  
maximam ciuitati adiunxit accessionem, murumque am-  
plificauit, ad portam usque, quæ ad Daphnem suburbium  
ducit, sicut cuique cupienti perfacile est videre. Nam ad  
nostram usque atatem veteris muri vestigia, ex ipsis reli-  
quijs, quæ oculos quodammodo ad eam quasi manu du-  
cunt, facile indagari possunt. Sunt tamē, qui dicunt murū  
illum ab antiquiore Theodosio dilatum: quinetiam e-  
undem aurum ducentarum librarum reficiendo Valen-  
tis balnœo in quadam parte accenso tribuisse.

Quod